



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 91. Hussitarum sententia de hoc itinere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV. micassent, de opportunitis deliberarunt  
 A.C. 1431. mediis, quibus illi ad gremium Ecclesiæ,  
 & debitam obedientiam reducerentur,  
 præcipue eos adhortando, ut deputatos  
 ad Basileensem Synodum mitterent. Imperator illos datis invitavit literis, genio  
 hujus nationis valde accommodis, dicens:  
*Se natione Bohemum nulli genti magis  
 quam suæ affectum . . . cuius honestatæ  
 sibi maxima semper cura fuisse, postea in  
 memoriam suorum popularium revocat,  
 pacatum regimen, quo ejus frater, Pater,  
 & avus apud eos regnassent, nec se alia le-  
 ge regnaturum, quam ceteros Christianos Re-  
 ges. Addit, se Romam non modo petiisse,  
 ut coronam Imperiale susciperet, sed  
 ut pristinam fiduciam apud eos sibi inte-  
 gram recuperaret, & per suam absentiam  
 omnibus & singulis, præcipue vero suis  
 Bohemiæ subditis, plenam relinquere  
 Basileam ad proximam Synodum eundi  
 libertatem, ibique, quamdiu eis visum  
 fuerit, commorandi. Permisitque illis,  
 ut tali sub præsidio adirent Concilium,  
 quali ad integrum securitatem opus fore  
 judicaverint.*

## §. XCI.

*Hussitarum sententia circa iter  
 Basileense.*

**H**aud immerito Imperator suspicabatur,  
 Hussitas Basileense iter detrectatu-  
 ros,

A. n. Sylv.  
 hijt. Boh.  
 c. 49.

ros, quæsito timoris obtentu, ne & ipsi Sæcul. XV.  
eadem, quæ Joannes Hussus, & Hiero- A. C. 1431.  
ronymus Pragensis, experiri cogerentur;  
quapropter Sigismundus præcipuum hunc  
obicem tollere, in suis literis sollicite  
adlaborabat, ac nihil non agebat, ut eos ab  
hoc metu plene liberaret. Valuitque suc-  
cessus; quamvis enim Orphani veteris  
regulæ, qua illis Zischa Synodum quo-  
cunque pacto accedere dissuaserat, me-  
mores, hoc præceptum omnino sequi pa-  
rati essent, nihilominus Taboritæ, Cives,  
ac populus, utpote Orphanis suffragio-  
rum numero potiores prævalebant, ac in  
quædam Hussitarum conventu hanc in  
rem coacto solemnem Legationem ad  
Synodum mittere decernebant, hac ra-  
tione moti, eoquod, nisi Concilio, quod  
universalem Ecclesiam repræsentaret, di-  
ctorum, factorumque rationem redderent,  
atque omnia media ad sedandos Bo-  
hemiae tumultus, & revocandam pacem  
opportuna adhiberent, non sine gravi, ac  
verosimili fundamento argui possent, se-  
femetipsos ab Ecclesia separasse, atque a-  
vitam Majorum suorum fidem novis er-  
roribus corrupisse.

## §. XCII.